Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

IV.

urn:nbn:de:bsz:31-267058

Visual Library

Eum Altenburgi, seu in Castro Vindonissæ habitasse scribit Jacobus Manlius in Chron. de orig. Imp. Maximil. obiit an. 677. uxorem ei Manzius tribuit Roximundam, alibi Euphemiam, Lazius vero Luitgardin nominat, Guzonis Suevia Ducis filiam, Divi Galli precibus a Dæmonis obsidione liberatam, quæ comitatum Nimagensem etc. ad Henricum tulerit in dotem. Quorum liberos: Lazius et Gebvilerus unicum genuisse filium Babonem volunt, alij verò quatuor ipsis tribuunt, Babonem, Ottobertum II. Rembertū, et Obertum Augiæ abbatem: Manlius, cujus sententiā veriorem arbitror, duos nominat, Anbrinctum seu Ambertum, et Rothardum; Rothardus verò, quem alij Rotherum, quidam Rotbertum nominant, ædificavit Rothasburgum, cujus ruinæ et rudera adhuc extant, in Jurisdictione et bonis Monasterij S. Trutperti, et

NB. obiit

III. Ambrintus seu Ambert, comes Vindonissæ et Altenburgi, ob. an. C. 688. De ipso et de Rothardo fratre memoria alia nulla reperitur, quam quod, monrio S. Trutperti amplificato, prope illud Ambringen condiderit.

IV. Hettobert, insignis miles, interfectus ē in bello alemañico inter Marcellum et Manfredum gesto, an. 724. reliquisse 3. filios scribitur, Rambertum, Gebbonem, Hettonem: Gebbo Alsatiam tenuit, et n̄ propagato stemate obiit. Anno C. 767. Hetto III. filius in D. Piminij disciplinam se tradidit, et in Augia Benedicti Ordinem professus, maximā de se opinionem virtutis etiam in adolescentia suscitavit, adeo ut eū Piminiy a Theobaldo Gotfredi Alemañiæ Ducis filio peteret, et constitutus sit secundus Augiæ Abbas, relegatur tn̄, postea ab eodem Duce, sed restitutus à Carolo, brevi ex

abbate Epus Argentinensis factus ē; ejus laudes vid. apud Guillim. l. 3. c. 4. Monria aliquot valde locupletavit, inprimis etiam Schuttaria, quod magister ejus Pirminius fundasse legitur: etsi alij Ruthardum, Alsatiae ducem Monrij hujus fundatorem primum faciant an. 724.

V. Rambertus I. Hettoberti filius Altenburgi et in Brisiaca dominatus ē; Monrium S. Trutperti instauravit magnis sumptibus, ita ut conditor secundus a posteris vocari et honorari meruerit, ob. an. 771.

VI. Guntramus /: de hoc nulla alia extat memoria, quam quod fundamenta arcis Scharfenstein jecisse scribatur: / Sedem et habitaonem habuisse Altenburgi, ut reliquos ipsius antecessores et posteros testatur Mantius; sepultus pariter ad S. Trutpertum an. 824. reliquisse filios Luithardum et Luitfridum /: huic Altenburgum, Alsatiam et caetera obvenisse tanquam majori, alteri Brisiacam: / tertij filij meminit Lazius, quem Vizilinum seu Lanzilinum dictum ex aliorum sententia affirmat, cum Lanzelinum aut Landolid ipse credit Guillimany, quem Trevirensis Eclsiae Archiepum fuisse recenset ex Gerardo. De Luithardo altero filio dignum memoria aliud nihil reperitur, nisi quod Gengenbach, Hercinia Monrium ante a Pirminio, ut alia plura ejus tractus, conditum multis possessionibus auxerit, atque adeo inter primos ipsius fundatores numeretur.

VII. Luitfridus I. hujus nois, Guntrami filius ob. an. C. 855. superstitibus liberis Luithardo II. Hugone et Ermentruda, quae Conrado Burgundiae minoris